

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.

DE

SEPULCHRO
VIOLATO

QUAM,

A. D. T. O. M.

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI
RECTORUM IN ALMA HAC ARGEN-
tinenſium Univerſitate, Collegii.

Pro ſummis in UTROQUE JURE Privilegiis
& honoribus conſequendis

*Publico & ſolenni eruditorum examini
ſubjicit*

GOTHOFREDUS LUDOVICUS
Stein / Geildorff à Lympurgicus.

Ad diem 10. Septemb.

hora locoque conſuetis

ARGENTORATI,

Typis JOSIÆ STÆDELIÏ, ACADE-
MIÆ TYPOGRAPHI.

Anno M DC LIII.

69r

1653, 8.

9

Dep xxiii



PERILLUSTRIBUS ET
GENEROSISSIMIS

DOMINIS

Dn. WILHELMO LUDOVICO
Laudatissimæ Venetorum Reipubl.
contra Turcam in Dalmatia ali-
quot Copiarum Præfecto Fortis-
simo.

Fratribus Germa-
nis

Dn. OTTONI HENRICO.


Baronibus de Limpurg. S. R. I. Pincernis
Hereditariis Semperq; Liberis, Dnn.
suis Gratos.

*Hasce Theses Inaugurales cum voto, ut alter postquam
tam favorabili Christianorū causa contra Turca po-
tentis hostis insolentiam divino adjutus auxilio he-
roice patrociniatus fuerit, alter simulac alias Regio-
nes peregrinas insigni & utili instituto peragrave-
rit, se Imperio, & subditis publicam letitiam, felici-
ter reduces, restituant; in tesseram debiti obsequij
humillime*

Offert & Consecrat

Devotus eorum Cliens,

Gothofredus Ludovicus
Stein.



Quod benè vertat DEVS!
DISPUTATIO INAUGURALIS
DE

SEPULCHRO VIOLATO.

Prefatiuncula.



Liquot ante septimanas impe-
tratâ à Nobilissimo, Amplissimo & Con-
sultissimo Jctorum, in hac almâ Universi-
tate Collegio, pro summis in utroque jure
honoribus consequendis, conscribendi
Disputationem Inauguralem licentiâ, elaborandam non
inconsultò suscepi materiam criminis extraordinarii de
SEPULCHRO VIOLATO, benevolum autem
Lectorem ante omnia enixè rogatum volo, ut, si ipsi in
hac tractatione non satisfecero, conatum tamen æqui bo-
nique consulat, cuncta in æquiores partem interprete-
tur, brevitatem, rudemve exarationem ingenii mei tenui-
tati, librorum defectui, temporis angustia: (ad patrios
enim lares prægnantes ob causas literis instantissimis re-
vocor) tribuat & adscribat. Te vero Alme DEUS arden-
tibus supiriis invoco, ut gratiâ Spiritus tui Sancti adesse,
mentem manumq; meam dirigere velis. Sit igitur in no-
mine Domini nostri JESU CHRISTI, quo nomine
ad hunc actum progredior.

ET

Germa-

ernis

postquam
Turca po-
xilio he-
as Regio-
ragrave-
m, felici-
i obsequij

OVICUS



THESIS I.



Imulque à definitione nominali more recepto & exemplo Jctorum l. 1. ff. de Inst. & Tur. l. 1. ff. de Reb. Cred. l. 1. §. 1. ff. de Pact. l. 1. pr. ff. de Acq. vel Am. Poss. l. 1. ff. de Furt. l. 1. ff. Depof. exordior. Consideratur ea vel separatim vel conjunctim. Separatim vocabulum SEPULCHRI ratione Etymologiae, (neglectis aliorum conjecturis, quod scilicet derivetur, vel à seorsim & pulchro propter recordationem doloris: vel à semis, quia pulchrum superficie intus ossibus plenum est: vel quod sine re pulchra sit, aut quod ibi sine pulsu sint, id est mortui; vel porro à separando, quod illic animae à vivis separentur) deductum puto à sepeliendo, sepelire vero à verbo sepio derivatum videtur, quod cadaver terram vel aliam materiam quasi sepe quadam circumdetur, idque communi Lexicographorum, Schraderi, Calvini, Calep. in hac voce autoritate, sicut & simulacrum à simulando, involucrum ab involvendo, quod etiam probat Decian. *Tract. Crim. lib. 6. cap. 39. n. 2.*

II.

Etymologiam excipit Synonymia: varia enim tum in nostro jure, tum apud probatos Authores Sepulchrum habet Synonyma. *Domus defunctorum l. 4. C. h. t. Aedificia manium l. 4. C. Th. h. t. Gothofr. in not. ad d. l. 4. l. a. Aggeres consecrati l. 5. C. h. t. Busta defunctorum d. l. 5. C. h. t. ut & ap. Propert. lib. 3. Eleg. 15.*

*Adfert hic unguenta mihi, fertique sepulchrum
ornabit, custos ad mea busta sedens.*

Arca & diminutivum arcula l. 7. §. 1. l. Divi Fratres. 39 ff. de Relig. & sumpt. fun. ut latius has leges explicat Ravard. de Ambig. jur. lib. 2. cap. 4. Sedes defunctorum l. ult. C. Th. h. t. l. 40. ff. de Relig. & sumpt. funer. Rosinus Antiq. Rom. lib. 3. c. ult. in not. ubi etiam vetus marmoris cujusdam fragmentum notat: HANC SEDEM SIBI VIVI POSUERUNT. Portus corporis, ab Ennio his versibus, quos refert Cic. Tuscul. QQ lib. 1. cap. 44.

Neque

Neque sepulchrum quod recipiat portum corporis
Vbi remissa humana vita corpus requiescat malis.

093

Monumentum, non quidem significatione accuratâ & propriâ l. 42. ff. de Rel. & sumpt. fun. sed latiori l. monumenta. 14. C. de legat. ubi necessario per monumenta sepulchra intelligenda, quia cœnotaphium s. sepulchrum inane, ut vocatur d. l. 42. ff. de Rel. & sum. fun. sine dubio legari potest, cum sit juris privati l. 6. s. ult. ff. de Rer. Div. vid. l. 4. C. de Relig. Pac. Anal. Cod. de legat. §. 15. Sarcophagus dicitur etiam l. 18. §. 4. de alim. vel cib. leg. qui proprie lapis in quo condita corpora quadragesimo die absumuntur, exceptis dentibus Gotthof. in not. ad l. 37. pr. ff. de Relig. & sumt. fun. Item conditoria, tumuli. Plin. Epist. 96. Tam rara in amicis fides, tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria construere, omniaque heredum officia præsumere: & Suet. in vita Claudij. de Druso: Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitavit.

III.

Vocabulum hoc ambiguum esse & plures habere ambiguitates, seu æquivocationes non reperio, ommissa igitur homonymia ad Paronymiam progredior. Fluit ab hoc nomine adjectivum sepulchralis, ut aræ sepulchrales Ovid. 8. Metam. fax sepulchralis, Idem Epistol. 12. ceremoniæ sepulchrales, lapis sepulchralis, &c. Item sepulchretum, locus ubi sepulchrorum est frequentia quem alias cœmeterium appellamus.

IV.

Violare etiam secundum supra citatos Lexicographos, non in propriissima significatione, sumitur, quâ tantum de virgine dicitur, quod probari posse puto Ex Cic. Epist. Fam. 9. 22. Placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare, ibi, Quid est? virginem me quondam invitam per vim violat; sed in latiore, ubi transfertur etiam ad alia & quidem res vel incorporales, ut violare jus legationis, violare pacem 2. F. 27. §. 13. & reus violatæ legis. l. 1. C. de petit. bonor. sublat. vel corporales, ut Cic. loquitur, non solum violatum corpus, sed vulneratum ferroque confectum: & idem significat, quod vim inferre vel corrumpere. Dec. Tr. Crim. lib. 6. c. 14. n. 2. violatio sumitur, pro quacunque injuriâ, corruptione & profanatione cum vel sine violentiâ. Conjunctim crimen hoc sepulchri violati dicitur etiam defunctorum contaminata reli-

A 3

gio

Neque

290
gio l.5. C. h. t. Item crimen læsæ religionis. l. 1. eod. Bocer. Class. 4.
Disp. 9. n. 24. C. A. 9. 1. h. t. Quamvis enim Glossa & Salicet. ad d. l. 1.
per illa verba crimen quali sacrilegii indicari statuunt; non ta-
men puto negandum esse, etiam crimen hoc extraordinarium se-
pulchri violati secundum rubricam intelligi posse.

V.

Definio autem Sepulchri violationem, quod sit crimen
extraordinarium in sepulchrum hominemque demortuum dolo
malo commissum.

VI.

Species hujus criminis proponuntur à Nobiliss. & Consul-
tissimo D. D. Biccio, Patrono & Præceptore meo in æternum ve-
nerando, in Reb. quot. Sect. 4. 9. 171. n. 19. lit. ii. & à C. I. A. ad hunc. tit. 9. 4.
I. Si quis in sepulchro ædificaverit, ibique ædificium habuerit l. 3.
pr. & §. 6. ff. h. t. II. Si quis sepulchrum diruerit, l. 2. pr. h. t. l. 2. C.
eod. III. Si quis terram sepulchri everterit aut cespitem evulserit
l. 5. C. h. t. IV. Si terra in sepulchro alieno congesta fuerit, l. 15. §. 5.
ff. quod vi aut clam. V. Si quis lapidem sepulchri moverit l. 5. C. h. t.
VI. Si quis ornamenta quædam tricliniis aut porticibus abstule-
rit de sepulchris d. l. 5. C. eod. l. 11. §. 2. ff. quod vi aut clam. VII. Si quis
cadavera spoliaverit sive armata manu sive sine armis l. 3. §. 7. h. t.
VIII. Si quis cadavera aut reliquias detinuit, vexavit, contrecta-
vit, extraxit. l. 3. §. 4. l. fin. h. t. l. 4. in fin. l. 6. cum aut h. Item qui seq. C. eod.
Nov. 60. pr. ibi, non fieri exequias c. 1. §. 1. exequias prohibeat Nov.
115. cap. 5. §. 1. IX. Si aliquis fecerit, quo minus quis funeretur &
sepeliretur d. l. 38 ff. de Rel. & sum. fun. l. 8. h. t. l. 6. C. eod. X. Si heres
jus inferendi mortuum non habens, inferat: veluti à testatore
prohibitus, aut cum uni tantum testator jus inferendi esse voluit.
l. 3. §. 3. h. t. invito testatore, id quod etiam dicit l. 6. ff. de Rel. & sum.
fun. & solenne plane in monumetorum titulis erat cavere de per-
sonis, quas eo inferre jus esset, in hunc modum ut bene tradit.
Briffon. de Form. & solen. P. R. verb. lib. 7. M. POMPEIUS. APOLLO-
NIUS. SIBI ET PONTIÆ. HILARÆ. UXORI. M. POM-
PEIO. FELICI. LIB. Q. MASURIO (ATTICO. M. POMPEIO.
CELERI LIB. Q. MASURIO. ut hæc à Briffonio omiffa
supplet Kirchmannus de Funerib. Romanor. lib. 3. cap. 13.) FELICI.
M. POMPEIO AUCTO. LIB. PACTUMEIÆ CAM-
PANÆ.

PANÆ. Inferri hoc non licet, nisi quorū nomina scripta sunt, & quib. caverō: M. POMPEIO ITHACO, POMPELÆ URBANÆ ITHACI LIBERT. Interdū sibi duntaxat monumenta faciebant, quæ nulli alii patere & vel heredibus suis claudi volebant. Ejus rei E. districtē vetabant, ne quis eo inferretur, pœna quandoque addita, ut ex his inscriptionibus patet. IN. H. S. SIVE LIBERT. SIVE LIBER INFERATUR NEMO: SECUS QUI FECERIT MITEM ISIDEM IRATAM SENTIAT, ET SUORUM OSSA ERUTA ATQUE DISPERSA VIDEAT. Interdum cavebant, Ne monumentum heredem quemcunq; sequeretur, quod fiebat his verbis. HOC MONUMENTUM HEREDEM NON SEQUITUR. Quandoque vero heredem duntaxat extraneum arcebant in hunc modum. HOC MONUMENTUM EXTERUM HEREDEM NON SEQUITUR. Quæ verba his plerunq; notis scribuntur. H M E. H. N. S. & H. M. E. H. N. R. XI. Si quis statuam (quæ pars monumenti est, quamvis adplumbata aut affixa non fuerit) aut ossuariam, id est arcam, cistam sive urnam quæ ossa continet, *Gloss. ad l. 2. ff. h. t. evulserit, d. l. 2. h. t. l. 11. §. 2. ff. quod vi aut clam.* XII. Si quis fabricandi gratia, saxa vel marmora vel columnas vel lapides calcis coquendæ gratiâ, vel aliam quamcunq; materiam de sepulchro abstulerit *l. 4. & seq. C. h. t.* XIII. Si quis projectum aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiamsi ipsum monumentum non tangat *l. fin. §. 4. ff. quod vi aut clam.* XIV. Si quis sciens sepulchrum religiosum emerit vel distraxerit *l. 1. C. h. t.* Nec contractus nullitas à pœna excusat. XV. Si quis quoquo modo deteriorem sepulchri conditionem fecerit, *l. 7. ff. h. t.* XVI. Si quis impediverit viam ad sepulchrum, licet venditus sit fundus, in quo sepulchrum situm est, nam semper iter ad illud exceptum videtur *l. 5. ff. h. t. l. 10. ff. de Rel. & sumt. fun.* Refertur etiam hic XVII. Si quis in civitate sepeliverit, *l. 3. §. 5. h. t.* ea ratione, ne sacra civitatis polluantur. *l. 12. C. de Rel. & sumpt. fun.* Quod etiam L. XII tabb. cautum erat; HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO, NEVE URITO *de jur. Sacr. n. 6.* quam legem iisdem verbis habet *Cic. lib. 2. de LE. cap. 23. & explicat illam Rosinus Antiq. Rom. lib. 8. cap. 12.* XVIII. Si quis sepulturam ob debitum impediverit *l. 6. & duab. Auth. seqq. C. h. t.*

Hæc

ocer. Class. 4
 et. ad d. l. 1
 t; non ta
 inarium se
 sit crimen
 tuum dolo
 & Consul-
 ernum ve
 unc. tit. 8. 4
 buerit l. 3
 h. t. l. 2. C.
 n evulserit
 it, l. 15. §. 5
 it l. 5. C. h. t.
 is abstule-
 II. Si quis
 3. §. 7. h. t.
 contra-
 i seq. C. eod.
 ibeat Nov.
 eretur &
 Si heres
 testatore
 Me voluit.
 Rel. & sum.
 re de per-
 ne tradit.
 POLLO-
 L. POM-
 MPEIO.
 io omiffa
 ELICL.
 E CAM-
 PANÆ.



VII.

Hæc de speciebus investigandæ jam sunt causæ. Et Efficiens
item quod attinet, committunt hoc crimen ut & cætera, qui doli
sunt capaces l. 3. pr. & §. 1. h. t. absq; sexus aut status conditionisve
differentia: de servo enim expressè agitur l. 3. §. 11. ff. h. t. l. 2. C. eod.
removetur è contra admodum impuberes, item omnes qui non
animo violandi accedunt d. l. 3. §. 1.

VIII.

Materiam seu objectum circa quod hoc crimen versatur,
optime proponit *Vult. Iurispr. Rom. lib. 1. cap. 46.* Quod sit violatio
vel ipsius defuncti, qui in eo loco sepultus est: & loci rursus vel
ipsius l. 5. C. h. t. vel rerum in loco illo una cum defuncto deposita-
rum d. l. 5. C. h. t. Ipsum autem Sepulchrum definitur ab Ampliss.
& Excellentiss. Dn. D. Rebhan, Patrono & Præceptore meo omni
honoris genere prosequendo. *Hodeg. Iur. Chart. 2. Clim. 2. par. all. 1.*
§. 16. Quod sit locus religiosus, ubi hominis demortui corpus aut
pars ejus præcipua sepulta. l. 6. §. 4. ff. de *Rer. div. l. 44. ff. de Relig. &*
sumpt. fun. & sepulchri appellatione omnè sepulturæ locum con-
tineri existimandum est, l. 3. §. 2. ff. h. t. *Coll. Iur. Arg. 6. 2. h.* Nec so-
lum is locus, qui recipit humationem, sed omne etiam supra id
cælum l. fin. §. 4. ff. *quod vi aut clam.* Non autem totus fundus, in
quo sepulchrum, sit religiosus, sed quatenus corpus humatum est,
l. 2. §. 5. ff. de *Rel. & sumpt. fun.* idcirco etiam definiri solebat modus
spatiumq; loci religiosi, ut sciretur, quid puri loci relinqueretur.
Ejusque rei scribebant: IN FRONTE PEDES TOT IN
AGRUM PEDES TOT. Quod expressit *Horat. Sat. 8. lib. 1.*
serm. his versib.

Pantolabo scurra, Nomentanoque nepoti

MILLE PEDES IN FRONTE, TRECENTOS CIP-
PUS IN AGRUM

hic dabat: *referente Briss. d. lib. 7. de Form. solenn.*

Quæritur hic an res religioni destinata sit religiosa? & respon-
deo quod non, per l. 6. §. fin. cum l. seq. ff. de *Rer. div. l. 7. §. fin. ff. de Rel.*
& sumpt. fun. l. 3. C. de furt. Non obstat commune illud axioma:
Destinatio habetur pro re perfecta vel pro facto, quod colligitur
ex l. 19. §. 5. & §. 11. l. 22. ff. de *aur. & arg. leg. & in primis l. 1. §. cæpisse. 3.*
ff. de Pollicit. Respondet enim ad hoc Magnificus & Consultissi-
mus

mus D.D. Tabor, Jctus celeberrimus, Dn Patronus & Præceptor
 meus summe observandus, in *Racem. Crim. in Ind. ad d. l. 3. C. de Furt.*
 Constituendo differentiam inter res & negotia, quæ à solâ homi-
 nis voluntate pendent, & quæ insuper aliam formam requirunt,
 ut priori casu destinatio cum effectu intelligatur, posteriore non
 item. Nec obst. *l. i. C. n. t.* Ubi si quis religioni destinatas, sciens
 emat vel vendat, in crimen læsæ religionis incidisse dicitur. Resp.
 enim: verba initialia, res religioni destinatas, explicari seu potius
 corrigi per verba sequentia, quin imò religionis effectas, quod
 ibi dictio *quin imo* stet correctivè. Et est ratio, vel quia poni-
 tur inter cōtraria, vel si diversa, major ratio est in sequenti quam
 in præcedenti, ideo non potest stare augmentativè, sed necessa-
 rio correctivè, ut explicat *Salicet. in Comm. ad h. l. 1. n. 2.* Idem *Gloss.*
ad eand. l. a. per l. si ita scriptum. 47. pr. ff. de hered. instituend. l. Stichus.
21. ff. de manum. testam. videatur etiam *Treutl. V. 2. D. 20. 0. 1. l. d. &*
ibi Bachov.

IX.

Hic autem magna est inter jus Civile & Canonicum diffe-
 rentia. Jure enim Civili unusquisque propriâ autoritate & vo-
 luntate sepulchrū seu locum religiosum facere potest, dum mor-
 tuum infert in locum suum *l. 6. §. 4. ff. de R. D. § 9. l. eod.* Jure autem
 Can. nemo propriâ autoritate locum religiosum facere potest,
 sed tantum Episcopus purum locum consecrando, *cap. Ad hec. ext.*
de Relig. dom. t. t. extr. de sepult. Emer. à Rosbach. diff. jur. Civ. & Can.
lib. 2. tit. 1. num. 14. & seq. ubi docet jus Civile cum jure Divino &
 consuetudine Sanctorum Patrum concordare. Nec solum sepul-
 chra sed etiam alia loca per Episcopalem consecrationem reli-
 giosa fiunt *t. t. extr. de Relig. Dom.* Hodie etiam & moribus nostris
 nō privatis sepulchris sed publicis cœmeteriis ac dormitoriis uti-
 mur. *Donell. lib. 4. Com. c. 1. L. H. Coll. Arg. de Relig. & sumpt. fun. 9. 10.*

X.

Quo ad formam notandum. I. in genere, quod fieri debeat
 dolo malo & animo sepulchrum violandi *l. 3. pr. & §. 1 ff. h. t.* II. in
 specie proponuntur sepulchrum violandi modi seu formæ à *Coll.*
Arg. 0. 3. h. t. & Pac. in Anal. Cod. ad h. t. §. 2. quod violetur sepulchrum,
 I. Eiusdem demolitione & detractione lapidum, columnarum,
 vel cujusvis materiæ sive ædificandi sive vendendi gratia fiat *l. 2.*

B

ff. l. 2.

Efficien-
 qui doli
 itionisve
 2. C. eod.
 qui non
 verfatur
 t violatio
 rursus vel
 deposita
 Ampliff.
 neo omni
 . parall.
 corpus au
 e Relig. &
 cum con-
 Nec fo-
 supra id
 undus, in
 atum est,
 at modis
 queretur.
 OT IN
 at. 8. lib. 1.
 OS CIP.
 respon-
 ff. de Rel.
 axioma:
 olligitur
 cepisse. 3.
 ultiffi-
 mus



ff. l. 2. 4. & 5. C. h. t. II. Spoliatione ornamentorum de sepulchris
d. l. 5. C. h. t. III. Contrectatione ipsorum corporum sepulcorum
seu reliquiarum l. fin. ff. h. t. l. 4. vers. huic autem pœna. C. eod. plures
alii modi facillimè ex speciebus. supr. 0. 6. positis, colligi possunt.

XI.

Finem quod attinet, committitur hoc crimen vel lucri cau-
sâ vel animi gratiâ, ut in genere de causâ finali delictorum loqui-
tur *Spectabilis D. Decanus h. t. D. D. Tab. Crim. Desin. Racemat. 1. 0. 46.*
Solebant enim Veteres cum ornamentis defunctos suos sepelire,
quod jure civili deinde prohibitum, etiamsi hoc præcepisset de-
functus l. 113. §. fin. ff. de leg. 1. l. 14. §. 5. ff. de Rel. & sump. fun. ineptæ
tamen hujus voluntati non debet ob temperari: quia nobis infol-
sa pereunt, & illis in nulla parte profutura locantur. Si enim pre-
tiosis vestibus sepeliuntur, computrescunt, & vermium esca fiunt
ut & cadavera; si aurum argentum, annuli; illud tenendum, quod
metallorum ambitus solatia sint hominum. Nam divitis auri ve-
na similis est reliquæ terræ, si jaceat, usu crescit ad pretium: quan-
do & apud vivos sepulta sunt, quæ tenacium manibus includun-
tur, & culpæ genus est inutiliter abdita relinquere mortuorum,
unde se vita potest sustentare viventium. Ut ex *Cassiodor. refert Dn.*
Bernegg. in Quest. ad Tacit. 144. Sitne, res pretiosas cum defunctis cre-
mandi sepeliendive consuetudo probanda? Invitant præterea efflores
ad delinquendum. *Rittersh. Diff. Jur. Civ. & Can. lib. 7. c. 7.*

XII.

Descripto ipso crimine videndum jam de ejus persecutio-
ne, quæ per varias actiones ex hoc crimine resultantes intendi
potest. 1. Est actio civilis privata in factum, quæ datur his quorum
inter est, in id, quod æquum judici videbitur, l. 3. pr. h. t. his cessanti-
bus cuilibet de populo sepulchro violato ad pœnam centum au-
reorum, sepulchro vero inhabitato ad pœnam ducentorum au-
reorum. 2. Datur accusatio extraordinaria & vel ad corpori infli-
gendam pœnam: nam si quis cadavera armata manu spoliaverit
capite plectitur, si sine armis pœna usque ad condemnationem
in metallum produci potest, d. l. 3. §. 7. h. t. Si corpora ipsa extra-
xerit, vel ossa eruerit, si humilioris conditionis, summo supplicio
afficitur, si honestioris in insulam deportatur, si alias sepulchrum
violaverit & criminaliter agatur, relegatur, aut in metallum da-

mnatur

annatur *l. fin. ff. h. t.* Quo ipso indicatur iudicii arbitrarii natura
l. 13. de pœn. Cui non obstat sed optime congruit, *l. 8. de publ. iud.*
 Licet enim formale iudiciorum criminalium mutatum sit; non
 tamen mutatum fuit materiale: quædam enim iudicia etiamnum
 certam pœnam habent, quam iudex mutare non possit. *l. 1. §. 4. ad*
SC. Turpill. Cum in arbitrariis causis, ejusdem arbitrio etiamnum
 locus sit. *d. l. 13.* vel ex Constitutionibus pecuniariam pœnam fi-
 sco applicandam *l. 3. l. 4. l. 6. C. h. t.* Est quoque publicum de eâ re
 iudicium *l. 8. ff. h. t.* Sunt præterea alia remedia, ut ex *l. fin. de Affi-*
nib. latius patebit.

XIII.

Causa Efficiens actionis in factum est Prætor, qui hanc
 actionem Edicto suo propositam, *l. 3. pr. h. t.* relatam pollicetur, re-
 liquarum vero vel iudicium Extraordinarium vel publicum *L.*
Julia. Causam impulsivam duplicem statuere possum. 1. quia *L.*
XII. tabb. in civitate sepelire prohibitum erat, & deinde rescri-
 pto Divi Hadriani pœna quadraginta aureorum constituta, *l. 3. §.*
5. ff. h. t. ne igitur corpora mortuorum extra civitatem & murum
 posita, quod hoc respectu facile fieri posset, violarentur, gravitate
 pœnæ pravos homines, qui alias omnem peccandi occasionem,
 utrâque manu arripiunt, à sepulchris arceri Prætor voluit. *Emer.*
à Rosbach. Diff. Jur. Civ. & Can. lib. 3. tit. ult. n. 32. Secunda est mul-
 tudo delinquentium. Olim enim hoc crimen usitatissimum
 fuisse, adeoque etiam à Clericis perpetrari solitum, idque ideo,
 quia solebant cum cadaveribus sæpe res pretiosas sepelire, qua
 avaritiam hominum ad id scelus irritabant, *vid. supr. l. 11.* ut ne
 mortuos quidē sinerent acquiescere, aut vim ab illis abstinere,
 docet, *Rittersh. in Comm. ad Novell. Part. 4. cap. 8. n. 5. Gothofr. in not.*
ad Rubr. C. h. t. ex Cod. The. Const. Nov. de Sepulchr. tit. 5. verba hæc sunt.
 Hujus nefandi sceleris inter cæteros reos vehementer clericos
 querela persequitur, quos portentis talibus immorantes frequen-
 ter aspexit dies tristior. Ferro accincti vexant sepultos, & obliti
 nominis, cælo ac syderibus præidentes, cinerum contagione
 pollutas sacris altaribus manus inferunt: tanto in profundam
 caliginem conscientia suæ stupore demersi, ut reverendis au-
 deant interesse mysteriis, & post excidia funerum credant
 Deum posse placari, quem nocentes precantur incassum, quem
 vita melior exorat.

XIV.

De subjecto cui & adversus quem observandum, quod datur. I. in primis ei ad quem res pertinet, seu cuius interest, quæ phrasæ hoc loco promiscuè usurpantur, & synonyma sunt, quamvis alias longe differant, *l. 3. pr. §. 9. & 10. l. 6. ff. h. t.* II. Si ad plures pertinet omnibus datur, neque locus erit præventioni, quia quilibet interesse suum persequitur *d. l. 3. §. 9. ff. h. t.* III. Ei quoque qui agere noluit ante litem contestatam ab alio, si acta pœnitentia agere voluerit, *d. l. 3. §. 10.* IV. Extraneo cuique de populo *d. l. 3. pr.* V. Heredi necessario i. e. suo & necessario *l. 20 §. 1. ff. de acq. vel omitt.* hoc quavis bonis se non miscuerit, qui nec agendo hac actione se miscere videtur. *l. 10. ff. h. t. d. l. 20. §. fin. ff. de acq. vel om. hered.* VI. Hanc ob rationem etiam exheredato datur, nam licet per hereditatem obtingat hæc actio, nihil tamen emolumentum ex defuncti capitur voluntate. *Dec. lib. 6. Tr. Cr. cap. 41. n. ult.* VII. Si plures scilicet Extranei agere velint, is cuius causa iustior, præferendus erit, *d. l. 3. pr. l. 2. ff. de Popul. act.* VIII. Dominis fundorum in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos fundos *l. 5. ff. h. t.* propter jus sepulchrorum quod retinent. IX. Fisco *l. 3. §. 5. ff. h. t. l. 3. 4. 6. C. eod. Coll. Arg. h. h. 6.*

X V.

Datur hæc actio. I Generaliter adversus omnes qui dolo malo sepulchrum violarunt. *l. 3. pr.* II Servum qui in sepulchro habitat, vel ibi ædificavit *l. 3. §. 11. h. t.* nisi domunculam apud sepulchrum habeat, nec tamen ibi habitet, non datur hæc sed noxalis *l. 3. §. pen. h.* III. Dominum scientem *l. 3. §. 11. ff. h. t. l. 2. C. eod.* IV. adversus illos quoque datur fisco actio, qui in civitate sepeliunt *l. 3. §. 5. ff. h. t.* V. Magistratum qui passus est in civitate sepelire *d. l. 3. §. 5. h. t.* vel crimen hoc sepulchri violati vindicare neglexerit *l. 3. C. h. t.* VI. Creditores impediens funera debitoris *l. 8. h. t. l. 38. de Relig. & sumpt. fun. l. 6. junctis duabus Authenticis seqq. C. h. t.* VII. Heredem, qui jus inferendi mortuum non habet, *l. 3. §. 3. h. t. C. A. h. t. §. 8.* An etiam, si ille cuius interest violaverit sepulchrum, teneatur? Resp. Gloss. ad *l. 1. C. h. t.* quod scil. per *l. altius 15. ff. si serv. vind.* quam sequitur *Salicet. ad d. l.* quia ex quo res facta est religiosa per illationem mortui in bonis ejus esse desinit,

finis, igitur nec ipse amovere potest. Adversus quos autem non datur, infra in tractatione contrariorum patebit.

XVI.

Circa objectum tractandum de pœna sepulchri violati, quæ & qualis sit. Et sciendum secundum plura de hoc crimine iudicia, & plures ejusdem species, varias & plures statutas esse pœnas. *Pacius Anal. Cod. h. t. §. 4.* I. Si agatur actione privata in factum ab eo cujus interest, pœna est arbitraria, quanti in eam rem æquum iudici videbitur *l. 3. princ. h. t.* quod quidem arbitrium ita moderandum ut nunquam minoris condemnet, quam condemnaret extraneo agente, hoc est, in centum aureos *l. 3. §. 8. ff. h. t. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 4. Cas. 387.* II. Hæc pœna centum aureorum in genere, si extraneus agat, in sepulchrorum violatores concepta *l. 3. pr. h. t.* III. Si quis in sepulchro habitaverit, ibique ædificium habuerit, est pœna 200. aureorum *l. 3. princ. in fin.* quasi plus injuriæ sit habitare in sepulchro & sic eo abuti, vel in alium usum convertere, quam si simpliciter violetur, quia pro simplici violatione, iudicium datur in 100. aureos, pro habitatione vero & abusu in 200. Nam sicut semel Deo dicatum non debet amplius in usus humanos converti, *cap. semel Deo §. 1. de R. l. in 6.* ita & locus religiosus, non debet in habitationem humanam converti. Nam id videtur quasi contemptus quidam religionis *l. 12. §. 1. ff. de Relig. & sumpt. fun.* qui per habitationem perpetuatur & sic graviori pœna afficiendus. *Coll. Argent. de Relig. §. 8. n. 3. Dec. Tr. Crim. lib. 6. cap. 41. n. 11. cap. 42. n. 3.* Quid si servus in sepulchro habitaverit? dicitur *l. 3. §. 11. h. t.* noxalem actionem cessare & hanc dari, non civilem & pecuniariam 200. aureorum, quæ in homines liberos constituta, sed extraordinariam accusationem, ut iudex ex arbitrio pro criminis commissi qualitate & atrocitate in eum animadvertat, nec rarum est, præsertim in criminibus extraordinariis vocabulum actionis pro accusatione sumi, *l. 15. §. 3. de Accusat. l. un. Cod. quand. civil. actio. crimin. præjudic.* IV. Si quis terram sepulchri evertit, cespitem evulserit, lapidem moverit, ornamenta quædam tricliniis aut porticibus abstulerit, cum sacrilegio proximum sit, ex constitutione Juliani pœna sacrilegij (quæ arbitraria ut

B 3

pro-



190
probat Dec. Tr. Cr. lib. 6. cap. 34. n. 5. & seqq.) irrogatur. l. 5. C. h. t. V. Si quis spoliaverit cadavera armata manu, pœna est capitalis, si sine armis spoliatio facta usque ad pœnam metalli proceditur l. 3. §. 7. ff. h. t. ubi vocabulum usque exclusive intelligendum, ut docet Farin. Pract. Crim. lib. 1. tit. 3. Quest. 20. n. 16. Mœnoch. de Arbitr. jud. lib. 2. Cent. 4. Cas. 387. n. 13. & latius lib. 1. Quest. 80. n. 92. Et apparet quoque ex hac dictione arbitrium esse iudicis mitiori pœna punire. Proprie autem spoliare cadavera dicuntur, qui illis vestes auferunt Gloss. in l. pergit. §. C. h. t. in verbo tricliniis vers. si autem, approbata à D. Carpz. Pract. rer. crim. P. 2. Q. 83. n. 53. licet largo modo etiam illi dicantur mortuos spoliare, qui sepulchra destruant. l. 4. C. h. t. Hanc pœnam quoque in eos statuendam esse, qui furcis affixos vel suspensos, aut denudant aut prorsus tollunt. statuit Wes. de Sepulchr. viol. n. 3. de quo tamen videndus D. Carpz. modo laudato loco. VI. Si quis corpora ipsa extraxerit, vel ossa eruerit, humiliores summo supplicio afficiuntur, honestiores in insulam deportantur l. fin. ff. h. t. quam pœnam Far. d. tr. lib. 1. tit. 3. q. 20. n. 115. limitat, & locum tantum habere putat, quando talis extractio fieret more latronum, scilicet armatâ manu, aliter secus. D. Carpz. vero d. q. 83. n. 58. admittit, si spoliatus cadavera effossa non rursus sepeliverit: sed quamvis certissimum sit, hæc circumstantias gravare delictum, & augere pœnam, tamen videtur mihi etiam hisce non concurrentibus ex generalitate & expressis verbis textus pœnam hanc imponi posse.

XVII.

VII. Si servus incio Domino sepulchrum demolitus est, in metallum damnatur l. 2. C. h. t. Nec obstat, quod pœna illa libertatem tollat. l. 3. §. 4. ff. de pœn. l. 3. pr. de his que pro non script. hab. hanc igitur pœnam jam servus pati non possit. Respondet enim Salicet. ad h. l. 2. n. 2. hanc novâ servitutem eum magis astringere & punire, quia in corpus affligit, & spem consequendæ libertatis perdit. Et servos in metallum dari solere nullam dubitationem esse inquit Jētus, l. aut damnus §. servos 12. ff. de Pœn. l. metalli supplicium 11. C. eod. Si vero Domini jussu servus hoc fecerit, relegatione plectitur. d. l. 2. C. h. t. Quamvis enim jussus, qui alias eum excusat, qui parenti necessitatem habet, l. in fraudem 10. §. fin. ff. de his que ut indign. l. si

tantum 13 ff. ad l. Falcid. in atrocioribus criminibus pro purgatione
 non admittatur, pœnam tamen mitigat. l. 8. C. de vi publ. Barbos.
 Lib. XI. cap. 10. Ax. 1. Magnificus D. D. Tab. nunquam sine honore
 allegandus Racem ad Tit. Arbor. furt. casar. th. 31. Decius ad l. is damnus
 169. ff. de Reg. iur. Objiciunt hic etiam communiter Dd. servum
 non posse relegari per l. 12. §. fin. ff. de Accusat. ad quam respondet
 Coll. arg. de Pœn. th. 5. n. 4. inducendo eundem textum hunc in mo-
 dum: Non sicut relegatio competit servo, ita eidem quoque
 competit maxima aut media capitis diminutio: ut est amissio li-
 bertatis vel civitatis: neutram enim servus amittit, cum neutram
 habeat: at relegatio competit servo, quæ neque civitatem neque
 libertatem adimit: sed certo loco versari damnatum prohibet,
 ideoque relegatio in servum cadit: adducit probationis loco
 l. n. 2. C. h. t. l. 2. ff. qui & à quib. manum. ubi effectus hujus relegationis
 indicatur. Plures conciliationes vide apud Salicet. Comm. ad h. l. 2.
 n. 4. Gloss. ad d. l. 12. §. fin. ff. de Accusat. Quid si liberi homines sepulchra
 demoliantur? Putat Mœnoch. de Arbitr. iud. lib. 2. Cent. 4. cas. 387. n. 15.
 l. fin. h. t. hic etiam locum habere, quæ supra n. 6. thesis antecedentis
 posita, quod scilicet humiliores morte mulctentur, honestiores
 vero relegentur vel in metallum damnentur. Sed recte ab eo
 dicitur. Far. Prax. Crim. lib. 1. Tit. 3. Q. 20. n. 20. Cum enim diversa sint
 facta & delicta, unumque sit gravius altero, plus enim delinquit,
 qui corpora ipsa mortuorum & cadavera molestiâ afficit, quam
 qui saxa tantum demolitur & aufert, diversa etiam debet esse
 pœna. VIII. Si quis in civitate sepeliverit, quadraginta aureo-
 rum pœna in eum statuta, & loci publicatio, nihil obstante lege
 municipali, quæ statutis imperialibus postea ortis non derogat
 l. 3. §. 5. ff. h. t. Videatur Excellentissimus D. D. Tab. Tract. de Alter.
 Tant. Part. 4. Art. ult. th. 13. IX. Eadem pœna constituta est in Ma-
 gistratum, qui passus est in civitate sepelire d. l. 3. §. 5. h. t. X. Si ju-
 dices crimen hoc Sep. Viol. vindicare neglexerint, viginti libra-
 rum auri statuta pœna mulctantur. l. 3. C. h. t. XI. Juxta Constitu-
 tionem Divi Imperatoris Constantij, pœna in sepulchrorum vio-
 latores si de sepulchro abstulerint saxa vel marmora, vel colum-
 nas aliamve materiam fabricandi aut vendendi gratia, præter
 pœnam Digestis statutam, huic crimini impositum est decem
 pondo

pondo auri l. 4. C. h. t. clare enim affirmat Imperator *vers.* Nihil
 illi supplicio quod violantibus sepulchrum videtur impositum
 ex hac pœna pecuniariâ nihil derogari. *Menoch. d. cas. 387. n. 14. Pat.*
Anal. Cod. ad h. t. §. 4. m. 3. Peretz. ad eund. tit. n. 5. Salicet. ad d. l. 4. n. 1.
Bald. ad eandem, quod per pœnam impositam à lege non intelli-
 gatur esse recessum à veteri, *per l. quotiens 41. ff. de O. & A. & per ratio-*
nem quod correctio legum in dubio evitanda. Eamque variatio-
 nem pœnæ manifesto docent. *l. 2. & 4 C. Th. de Sepulchr. Viol. lib. 9.*
tit. 17. Sed quia Codex Theodos. non est in multorum manibus,
 & lex ista 4. plurimū huc facit illam subjecimus. *Imp. Constantinus*
A. ad Limenium. P. P. Factum solum sanguine vindicari, multæ infli-
 ctione corrigimus. Atque ita supplicium statuimus in futurum,
 ut nec ille absit à pœna, qui ante commisit. Universi itaque qui
 de monumentis columnas, vel marmora abstulerunt, vel co-
 quendæ calcis gratia lapides dejecerunt: ex consulatu scil. Dal-
 matij & Zenophili, singulas libras auri, per singula sepulchra fi-
 sci rationibus inferant, investigati per prudentiæ tuæ iudicium.
 Eâdem etiam pœnâ, qui dissiparunt, vel ornatum minuerunt, te-
 neantur. Et qui posita in agris suis monumenta calcis coctoribus
 vendiderunt, una cum his qui ausi sunt comparare, quicquid
 enim attingi nefas est, non sine piaculo comparatur: sed ita ut ab
 utroque una libra postuletur. Sed si & præcepto iudicum monu-
 menta dejecta sunt, ne sub specie publicæ fabricationis pœna vi-
 detur, eosdem iudices jubemus hanc multam agnoscere, nam ex
 vectigalibus vel aliis titulis ædificare debuerunt. Quod si aliquis
 multam metuens, sepulchri ruinas terræ congestione celaverit,
 & non intra statutum ab Excellentia suâ tempus, confessus sit, ab
 alio proditus, duas auri libras cogatur inferre. Qui vero libellis
 datis à Pontificibus impetrarunt, ut reparationis gratia labentia
 sepulchra deponerent: si vero docuerunt, ab inlacione multæ
 separentur. At si in usum alium depositis abusi sunt, teneantur
 pœna præscripta. Hoc in posterum observando, ut in provinciis
 locorum iudices, in urbe Româ cum Pontificibus tua Celsitudo
 inspiciat, si per fatturas succurrendum sit alicui monumento: ita
 demum data licentia, tempus etiam consummando operi statua-
 tur. Quod si aliquis contra sanctionem Clementiæ nostræ sepul-
 chrum læsurus attigerit, viginti libras auri largitionibus nostris
 cogatur inferre.

cogatur
 xerint,
 respœna
 Ex quibu
 popular
 recentio
 dam sen
 five quo
 villa live
 dicetur.
 secunda
 ne punit
 aliquis fu
 cãl. 8. ff. h
 n. 84. Boc.

XV.

progressu
 cto vetui
 cundo Im
 gisset cre
 norum m
 l. 12. & 13
 creditor
 flagitio,
 non sit, p
 lam: QU
 PORE
 Serv. fugit
 Pen. Qu
 retur, de
 que fami
 dire, sig
 heredibu
 ipsoque
 cap. 1. Q
 dum inju

coga-

cogatur inferre. Locorum autem iudices, si hæc observare neglexerint, non minus nota, quam statuta in sepulchrorum violatorum pœna grassetur. Datum V. Kal. April. Limenio & Catullino Coss. Ex quibus *Cujac.* recte colligit: pœnam juris veteris pertinere ad popularem actionem: si autem quis vindictæ publicæ studeat, recentiorem hanc pœnam comparatam. Quæ etiam Gl. quondam sententia fuit. XII. Si ad ædificium, villam aut domum, sive quodcunque extractum de sepulchro proventum reperiat, villa sive domus aut ædificium quodcunque erit, fisci juribus vindicetur. *l. 2. C. h. n. t.* XIII. Ex *Nov. Leon. 96.* Sepulchri violator qui secundâ vice extitit dorsi verberatione, criniumque tonsione punitur. *Coll. Arg. hic. th. 9. n. 9.* XIV. Si quis fecerit, quo minus aliquis funeretur sepeliaturve, tenetur pœnâ L. Juliae de vi publicâ. *l. 8. ff. h. t. l. 5. ff. ad L. lul. de vi publ. Mænoch. d. c. 387. n. 20. & Cas. 394. n. 84. Boc. Class. 4. disp. 9. n. 31. Farin. d. Q. 20. n. 135. & seq.*

XVIII.

XV. Qui sepulturam impediunt ob debitum, secundum juris progressum variè puniuntur. Primo enim Severus generali Edicto vetuit, ne corpora defunctorum detineantur *l. 3. §. 4. ff. h. t.* Secundo Imperator Marcus decreto suo cavet, ut qui per vim exegisset creditum, jus crediti amitteret, & insuper tertiâ parte bonorum mulctatus fieret infamis, *l. pen. & ult. ff. ad L. lul. de vi privat. l. 12. & 13. ff. quod met. caus.* Tertio Justinus Cæsar prohibuit, ne creditor ullus sepulturam impediret, deprehensum autem in hoc flagitio, jubet quinquaginta libras auri pendere, vel si solvendo non sit, pœnis corporalibus subjici *l. ult. C. h. t.* Pro ut hanc regulam: QUI NON HABET IN ÆRE, LUAT IN CORPORE, pluribus textibus probat *Geil. 2. Observ. 44. n. 12. l. 4. C. de serv. fugitiv. l. fin. ff. de in ius vocand. l. 7. §. 3. ff. de jurisdic. l. 1. §. fin. ff. de Pen.* Quarto tandem Justinianus statuit, ut creditor qui non veretur, debitoris morientis ædes ingredi, moribundum tristemque familiam ejus gravare, pignus aliquod sumere, funus impedire, signa rebus imponere, à debito cadat, & alterum tantum heredibus defuncti inferat, publicata tertiâ bonorum parte, ipsoque infamio notato, *Auth. Item qui C. h. t. desumta ex Nov. 60. cap. 1. Quod Farin. d. Q. 20. n. 141.* Procuratoribus bene notandum injungit, pro liberando infirmum debitorem à molestiis ei

C

per

per procuratores illatis in tempore infirmitatis, in quâ mortis periculum vigeat. Amplius deinde iussit Imp. Justinianus, ne intra novem dies, quibus iusta solvantur, ulla prorsus fiat molestia, adversum quemlibet ex personâ defuncti, neve ulla cautionis aut pecuniæ flagitetur exactio, & si contra fiat nullius sit momenti quicquid factum erit. *Auth. Sed neque C. h. t. Nov. 115. cap. 5.* Ita varias has pœnas colligunt *Peretz. in com. Cod. ad h. t. n. 7. & 8. Rittersh. comm. ad Novell. P. 13. cap. 6.* Quin etsi defunctus ex sententiâ latâ teneatur satisfacere creditoribus, aut etiam in instrumento producto à creditoribus ad incarcerationem se obligaverit, nihilomagus tamen inde arrestum cadaveris erit permittendum. *D. Carpz. Jurispr. Forens. Part. 1. Const. 30. Def. 22. n. 7. & Farinac. d. Q. 20. n. 142.* dicit, ut procedat etiam in creditore ex instrumento quarentigato, cum all. ibi pluribus Dd. Nec est quod suum interesse Creditores prætendunt, cum inter sit potius Reip. mortuorum corpora quam citissime mandari, & secundum *Bald. in l. fin. C. de Neg. Gest.* non minus interest Reip. mortuos sepeliri, quam viventes homines conservari: ratio autem publicæ utilitatis cuicunque commodo privato sit anteferenda *arg. l. 1. Solut. matrim. D. Carpz. d. Def. 22. n. 2. & 3.*

XIX.

Causa formalis actionis cognoscenda ex illis, quæ habet *C. l. A. h. t. th. 10.* I. Quod hæc actio sit in factum *l. 3. pr. h. t.* II. Popularis *l. 3. §. fin. h. t.* Non tantum duobus istis casibus, 1. Si nemo erit ad quem pertineat; vel si erit agere tamen nolit. 2. Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, vel ædificium habuerit, ut putat *Bocer. Class. 4. Diss. 9. n. 27.* Sed in genere & suâ naturâ *d. l. 3. §. fin.* quamvis omnino præferatur is cuius interest. Non enim sequitur in hac actione is cuius interest præfertur. E. non est popularis: est enim contra expressum textum *l. 3. §. 1. ff. de Pop. Ad. juncto §. 12. ff. de lib. hom. Exhib.* III. Famosa *l. 1. ff. h. t.* ut in effectu latius deducetur. IV. in bonum & æquum concepta *l. 10. ff. h. t.* V. Pecuniaria *l. 9. ff. h. t.* Non autè puto *Wes. h. t. n. 2.* rectè statuere, pœnam hanc pecuniariam inter fiscum & actorem dividendam. Nam *l. 3. §. 5. ff. h. t.* expressis verbis refragatur; *ex l. 25. §. ultim. ad Sff. Syllan.* autem ad probandam suam sententiâ adductâ tanquam à par-

à particulari male inferitur. Quod vitio etiam laborat argumen-
 tatio Hilligeri, qui *D. E. lib. 19. cap. 1. l. L. ex d. l. 3. §. 5.* generalem pro-
 ponit regulam; ex actione populari totam pœnam fisco inferri
 debere. Sed potius *Bachov. in notis ad W. h. t. l. C. & ad Treutl. V. 1.*
D. 4. th 9. l. B. sequor, statuentem, actiones populares non cer-
 tam & eandem naturam, sed quam illis prætor vel alius legisla-
 tor dederit, habere; Regulam tamen ex *l. 12. ff. de V. S.* ita esse for-
 mandam, in causa popularium exactionum totam pœnam acto-
 ri applicari: quam etiam probat Magnificus *D. D. Tabor Disp.*
in Vves. 2. Q. 14. Casus autem *l. 25. §. ult. ad Sct. Syllan. l. fin. pr ff. de*
term. mot. l. 3. §. 5. ff. h. t. in quibus lege vel edicto singulare aliquid
 constitutum, loco exceptionum esse, pro ut etiam hi textus tan-
 quam singulares notantur à *C. I. A. de Pop. Act. th. 9. n. 9.* VI. Magis
 ad vindictam & ultionem quam ad rem familiarem, & rei per-
 secutionem pertinens, *l. 6. l. 10. ff. h. t. l. 20. §. ult. ff. de acq. vel om. hered.*
 Hinc heres qui hac actione egit, si abstinuit hereditate, ob id
 creditoribus hereditariis non tenetur *d. l. 10. h. t.* VII. Hæc actio
 etiam per procuratorem exerceri potest, *l. 42. ff. de Procurat.* cum
 scilicet agit cujus interest, & generaliter, qui de publico ita agunt,
 ut & privatum commodum defendant, causa cognita procurato-
 rem ad agendum dare possunt. *l. 45 §. 1. ff. de Procurat. C. I. A. eod. tit.*
th. 28. n. 9. videatur *Dec. lib. 6. cap. 41. n. 14.*

XX.

Formam cognitionis quod attinet, æstimabit iudex quate-
 nus inter sit, ex injuriâ nempe quæ facta est, item ex lucro ejus
 qui violavit, vel ex damno quod contigit, vel ex temeritate ejus
 qui fecit: nunquam tamen minoris condemnabit, quam solet
 extraneo agente, nimirum in centum aureos *l. 3. §. 8. ff. h. t.*

XXI.

Finis hujus actionis privatæ est ut consequatur actor id
 quod interest, & simul, ut injuria, quâ per hoc delictum & sepul-
 ti & vivi polluuntur, ulciscatur; Accusationis autem extraor-
 dinariæ, ne delicta maneant impunita, sed malitia hominum pu-
 niatur.

XII.

Effectus hujus actionis consideratur vel respectu actoris &
 concurrit cum fine, ut scilicet suum interesse consequatur, &

injuria defuncti ulciscatur, ut notat *Coll. Arg. h. t. th. II. vel respectu rei & indicatur l. 1. ff. h. t.* quod actio hæc infamiam irroget, non quidem ipso jure, sed latâ sententiâ & factâ per judicem condemnatione *Tr. V. I. D. S. th. 7. l. h. Donell. lib. 18. cap. 8. l. d.*

X XIII.

Contraria huic actioni sunt casus & species quæ vel ratione causæ efficientis seu personæ delinquentis, vel ratione objecti, in quod delinquitur, vel ratione formæ, vel ratione finis, vel ab ipsis legibus vel à Dd. excipiuntur, & à statutâ pœnâ excusant. Ratione causæ efficientis excipiuntur doli incapaces, ut admodum impuberes (nam & pupillus pubertati proximus aliquando doli capax est, *l. 3. §. fin. de Trib. Act. l. 13. §. 1. de dol. mal. l. apud Celsum 4. §. 26. ff. de dol. mal. & met. except. de quo late Magnus D. D. Tabor Anal. Exposit. Ordinat. Pœnal. Carol. V. Art. 164.*) furiosi, mente capti & similes *l. 3. pr. & §. 1. ff. h. t.* Ratione objecti. I. Si quid circa hostium sepulchra factum fuerit, quia enim illa religiosa nobis non sunt, & nostra sepulchra ab hostibus capta religiosa esse desinunt, si vero ab ea calamitate fuerint liberata, quasi postliminio reversa pristino statui restituntur *l. 36. ff. de Rel. & Sumt. fun.* lapides inde sublato in quemlibet usum convertere possimus. *l. 4. ff. h. t.* Sed quia videtur contra jus Gentium esse, ut sepulti & mortui, etiam hostes, violentur. Mors enim jurgiorum finis est mortalibus; num majus aliud quid potest letho dari? *Chrysostomus in Orat. pro lege.* Propter legem mortuos nemo hostes judicat, neque ira & contumelia in eorum corpora extendito; ferinum est bellum gerere cum mortuis, qui ejusdem naturæ fuerint. Idcirco *Decian. Fr. Crim. lib. 6. cap. 44. n. 9.* non putat apud Christianos prædicta locum habere, ut scilicet liceat destruere vel vexare sepulchra hostium Christianorum. *Hugo Grotius* autem *de Jur. Bell. & Pac. lib. 3. cap. 5. m. 3.* dicit lapides quidem sepulchrorum avellere & in alium usum convertere licere, ipsa autem corpora contrectare nefas esse. II. Si cadaver usurarij defuncti detineatur, nec heres de usuris restituendis caveat. *C. 1. A. h. th. 5. n. 1.* quod amittit *Mænoch. de Arbit. jud. lib. 2. Cent. 4. Cas. 387. n. 29.* in usurario manifesto, qui in loco sacro sepelitur. III. Non procedit contra Parricidam cujus sepulchrum violari atque impediri potest. *Mænoch. d. c. 387. n. 30. Far. n. 133.*

IV. Non

IV. Non
Grot. lib. 2.
Non in ca
teris incu
n. 134.
thoritas fa
torum, hæ
sacro extr.
qui thesau
hibitum f
condantu
que nec fa
§. 5. ff. de R
tione for
violandi
& §. 1. h. t.
ut possit a
mentum l
transfert
10. Cod. de
fit, sed ma
ferant sep
Rosin. Ant
tiat, & in
cadaveru
petuæ sep
expressis
de Rel. & f
pus perpe
quæritur
ficum, seu
tur ut illu
Gothofre
se introdi
ad d. l. 3 §
nionem c
petuæ aut



IV. Non in cadavere illius qui se ipsum interfecit, *Mæn. d. l. n. 316.*
Grot. lib. 2. de l. B. & P. cap. 19. n. 5. Far. n. 133. Decian. cap. 40. n. 28. V.
 Non in cadaveribus punitorum quæ ex iustâ causâ, ut terror cœ-
 teris incutiatur, insepulta relinqui possunt. *Mench. num. 32. Far.*
n. 134. VI. Immunes etiam illi sunt à pœnâ, quos publica au-
 thoritas facit eruere cadavera à sepulchris, veluti excommunica-
 torum, hæreticorum & similium, qui sunt indigni loco sacro, *c.*
Sacro extr. de Sepult. Decian. c. 40. n. 28. VII. Excusabitur item,
 qui thesaurum in sepulchro conditum tollit: quia cum lege pro-
 hibitum sit, ne thesauri & alia pretiosiora ornamenta sepulchris
 condantur, sepeliri prohibita, religiosa effici non possunt, ideo-
 que nec sacrilegium erit *l. 4. §. pen. ff. ad L. tul. pecul. l. & si quis. 14.*
§. ff. de Relig. & sumpt. fun. Dec. cap. 40. n. 38. cap. 44. num. 18. Ra-
 tione formæ & finis datur excusatio, si sine dolo malo & non
 violandi animo etiam perfectæ ætatis quis quid fecerit *l. 3. princ.*
& §. 1. h. t. I. Si ideo fecerit quod suspicio sit, sepultos occisos,
 ut possit agnosci rei veritas. *Peretz. h. t. n. 6.* II. Si quis monu-
 mentum lapsum & corruptum refecerit *l. 7. ff. h. t.* III. Si quis
 transfert corpus non perpetuæ sepulturæ traditum *l. 3. §. 4. h. t. l.*
10. Cod. de Rel. & sumpt. fun. imo talis locus plane religiosus non
 fit, sed manet profanus *l. 40. de relig. & sumpt. fun.* quomodo dif-
 ferant sepulchra temporaria ab æternis docet *Dempsterus. in not. ad*
Rosin. Antiq. Rom. cap. 33. Nec video cur *Coll. Iur. Arg.* hic dissen-
 tiat, & inter modos sepulchrum violandi referat translationem
 cadaverum sine permissu Principis aut Pontificum, siue sint per-
 petuæ sepulturæ siue non sint. *θ. 3.* allegat autem *l. n. 3. §. 4.* qui
 expressis & claris verbis nostram sententiam proponit; & *l. 8. ff.*
de Rel. & sumpt. fun. quæ plane de alio casu loquitur, ubi scilicet cor-
 pus perpetuæ sepulturæ, sed in alienum fundum, traditum, &
 quaritur an Dominus fundi corpus sepultum sine decreto Ponti-
 ficum, seu iussu Principis effodere vel eruere possit? quod nega-
 tur ut illum textum inducit ipsum *C. A. de Relig. & sumpt. fun. θ. 35.*
Gothofred. auctoritatem quod concernit, nescio quæ verba pro-
 se introducere velit; contrarium enim potius colligitur ex notis
ad d. l. 3. §. 4. verba non perpetuæ sepulturæ mihi l. d. Imo nostram opi-
 nionem defendit *C. A. lib. 11. de Rel. & sumpt. fun. θ. 6. 9. & 32.* Per-
 petuæ autem sepulturæ traditum effodi vel erui vel alio transfer-
 ri non

C. 3;

ri non

107
ri non potest sine Principis vel Pontificis permisso, l. 14. de Cod. de Rel. l. 1. pr. ff. eod. Si tamen necessaria sit translationis causa etiam præses Provinciæ translationem concedere potest. l. 1. C. d. t. Pac. ad eund. §. 8. n. 1. IV. Si corpus defuncti per vicos aut oppida in itinere transvexerunt l. 3. §. Divus Marcus ff. h. t. Menoch. d. cas. 387. n. 25. Far. n. 127. Quamvis enim talia sine permisso Principis aut Pontificis d. l. 8. de Relig. fieri non debeant, nulla tamen pœna iure Civili in aliter facientes statuta l. 3. §. 4. ff. h. t. pro ut plura facta incivilia & probrosa, quæ tamen lege pœnam constitutam non habeant, notare vult Glossa ad d. l. 3. §. 4. clarius deducit hanc thesin ex l. 14. §. 14. ff. de Rel. & sumpt. fun. l. 12. de usufr. leg. l. 24. §. 5. solut. matrim. 2. F. 24. §. 2. infir. Amplissimus Dn. D. Tab. Racem. 1. 8. 18. V. Si quis jussu iudicis restituerit sepulchrum l. 4. ff. de aq. & aq. pluv. arc. Coll. A. hic 8. 5. n. 5. VI. Si vi fluminis reliquia contingantur vel alia justa & necessaria causa intervenerit, transferre utique licet, l. 1. C. de Relig. & sumpt. fun. VII. Si statua in monumento posita saxi cæsa sit. l. 27. ff. de injur. Obstat videtur h. l. 27. l. 2. pr. ff. n. t. Resp. Glossa ad d. l. 27. tripliciter, (1.) verba in monumento accipienda esse quasi juxta monumentum (2.) ibi erat sepulchrum hic monumentum (3.) nec l. 2. dici dari sepulchri violati actionem sed interdictum quod vi aut clam. Sed ut primam & secundam suo loco relinquamus quo ad tertiam, Glossa sibi metipsi est contraria, cum, ad l. 2. verbum scribit, I. K. annotaverit scil. ut non agatur Aquilia: sed interdicto quod vi aut clam & de sepulchro violato. Quod etiam approbat Decian. lib. 6. cap. 42. n. 2. Mihi videtur ex ipsis textibus facillime posse distingui, an statua tantum cædatur an plane evellatur; ex quibus diversis speciebus etiam animus delinquentium diversus presumitur; qui enim statuam sive saxi sive alio instrumento tantum lædit, non videtur velle violare sepulchrum, sed tantum injuriam facere mortuo cui statua posita, qui vero plane evellit statuam, & sic ipso facto sepulchrum destruit ac violat, merito quoque actione sepulchri violati tenetur. Denique non datur hæc actio iterum, si semel actum sit. l. 6. ff. h. t.

XXIV.

Sequuntur remedia affinia, partim vera partim apparentia. Inter vera primo loco refertur L. Julia de vi publ. l. 8. ff. h. t. l. 5. ff. ad L.

ff. ad L. Iul. de vi publ. sive quis faciat quo minus quis funeretur, sepeliaturve; sive sepulchrum violando faciat, quo minus quis sepultus sit d.l.8. h.t. II. Lex Jul. de sacrilegiis l.5. C. h.t. III. Interdictum quod vi aut clam, l.2. ff. h.t. l.11. §.2. l.13. §.5. l.15. §.2. l. fin. §.4. ff. quod vi aut clam. IV. Actio injuriarum si statua saxis caesa l.27. ff. de injur. si quis cadaver in fundo suo humatum effodit. l.8. ff. de Rel. & sumpt. fun. & generaliter, quotiescunque funeri testatoris vel cadaveri fit injuria, dicendum est heredi quodammodo factam, eique actio injuriarum datur, quia ejus interest, defuncti existimationem purgare, l.1. §. & si forte. 4. & §. quotiens 6. ff. de injur. imo hereditate indignus habetur, qui injuriam defuncti non vindicat. l.7. ff. de his quib. ut indign. C. I. A. de Injur. §.24. n.15. V. Edictum seu interdictum de mortuo inferendo & sepulchro ædificando. tot. tit. eod. Remedium affine apparens, quod hoc casu non admittitur est L. Aquilia, quam hic cessare dicitur l.2. princ. h. t. ad quam Goth. in not. rationem adduxit. ex §. fin. I. de L. Aq. quod scil. de corpore in corpus damnum non detur, cui rationi obstare puto caput 3. leg. Aquil. l.27. §.5. ff. ad L. Aquil. & §.13. l. eod. propositum, nec intelligo quomodo non de corpore in corpus damnum datum intelligatur. Melior affertur à Glossa ratio ad d.l.2. b. quod sc. actio L. Aquiliæ competat Domino, l.11. §.6. ff. ad L. Aq. at rei religiosæ privatus desit esse Dominus. l. in tantum. 6. §. sacra. ff. de Rer. div.

*Deo ter O. M. sit laus honor & gloria
in sempiterna secula.*



e Cod. de
a etiam
t. t. Pac.
pida in
cas. 387.
pis aut
cena ju.
lura fa.
ritutam
it hanc
. 24. §. 5.
racem. 1.
ff. de aq.
ia con-
ansfer.
in mo-
tur h. l.
erba in
2.) ibi
i sepul-
Sed ut
ertiam,
it, l. K.
quod vi
Decian.
e posse
ex qui-
us pre-
o tan-
um in-
llit sta-
o quo-
ur hæc

paren-
h. t. l. 5.
ff. ad L.



501

JU

SAC

MA
AMP
RU

PR


T

T

(X225 7025)

VDA7







DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS.
DE
SEPULCHRO
VIOLATO

QUAM,
A. D. T. O. M.

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ET NOBILISSIMI
RECTORUM IN ALMA HAC ARGEN-
tinsium Universitate, Collegii.

Pro summis in UTROQUE JURE Privilegiis
& honoribus consequendis

*Publico & solenni eruditorum examini
subjicit*

GOTHOFREDUS LUDOVICUS
Stein / Geildorff à Lympurgicus.

Ad diem 10. Septemb.

hora locoque consuetis

ARGENTORATI,

Typis JOSIAE STÄDELII, ACADE-
MIAE TYPOGRAPHI.

Anno M DC LIII.

69r

1653, 8.

9

Sept. xxiii